



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De hominibus nequam, ac luxui deditis. cap. lxxxiii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A Quid dicturi sunt, quod frumentum emercentur ac vendunt, qui temporū difficultates <sup>NAL</sup> obseruant, ut quæstum negotiando faciant, & ex alienis calamitatibus delicias sibi comparent, atque, non ut Ioseph Aegyptiorum bona sublimiori quodam consilio (nam ille frumentum & recte colligere, & recte tribuere norat) sed, ut iniqui ac flagitiosi, tribulum nostrorum facultates acquirant. Qui dicunt, Quando transibit mensis, ut cum quæstu vēdamus ac sabbata, ut horrea aperiamus? Qui duplii mēsura & pondere quod iustum est, corrumpunt: & plumbeam iniquitatis mensuram in seipso inflectunt.

In fame nihil granius atque acerbius est, quam crudelitas cupiditasque inexplicabilis eorum, qui rei frumentariæ copia circunfluent. Obseruant enim temporum difficultates, que ex amonē penuria lucrum captant, & ex aliorum calamitatibus messem faciunt: nec <sup>land. BA</sup> fl.

B illud audientes, Eum, qui miseretur pauperis, Deo fœnerari: nec rursus illud, Eum, qui frumentum continet, plebi execrabilem esse: nec denique aliud quicquam eorum, que vel humanis comminatur. Verum immoda quodam & inexplicibili cupiditate flagrant, maleq; sibi consolunt, nimirum ut ipsi aliis sua, ita sibi ipsissimis Dei (cuius ope multò magis se indigere non sentiunt, quam atq; ipsorum auxilio egeant) viscera præcludentes. Hi, inquam, frumentarij mercatores & caupones, qui nec cognationis necessitudine mouentur, nec erga Deum, cuius beneficio ipsi; aliis inopia laborantibus, in rerum copia vivunt, grati animi officio funguntur.

Omnia necessitas in dentes inijcere cogebat: atque ea etiam, quæ ne spuriissimis quidem Ioseph. animantibus apta erant, colligere, & comedere sustinebat. Cingulis quippe & calceis ad extremum hanc abstinebant: ac pelles quoque ipsas è scutis detractas dentibus premebant.

C Mulier fame ipsius viscera & medullas subeunte, aduersum naturā grassabatur. At Horrenda que arrepto filio, qui adhuc lactabat, Fili miser, inquit, in bello, & fame, ac seditione, eccl. historia: tandem te seruo? Age, cibus mihi esto, & seditionis furia, & vita fabula, que sola inter Iudaicas calamitates adhuc desideratur. Similiter dum hec loquitur filium obruncat: co-  
Ebōque corpore dimidiā partem edit, reliquam autem abditam seruat. Statim autem seditionis adfuere, ac nefarium illum nudorem olfacentes, minabatur se eam, nisi id quod epularum causa instruxisset, ostenderet, nulla interposita mora interfecturos. At illa præclararū se ipsis portionē seruasse cū dixisset, filij reliquias detexit. Hū porro statim horrore ac mentis alienatione affecti sunt, atq; ad huiusmodi spectaculū obriguerunt. Illa Verd, Meus est, inquit, germanus filius: meū hoc facinus. Comedite: nā & ipsa comedì. Ne sitis, & fœmina

D molliores, & matre humaniores, atque ad miserationē proprieiores. Quod si vos pietate præditi estis, ac victimam meam aspernaminī, facite ut quod reliquum est, mihi maneat.

At eorum, qui fame in ciuitate interiebant, innumerabilis multitudo cadebat: atq; eiusmodi calamitates accidebant, que nemo illa oratione complecti posset. Etenim in singulis ædibus, si qua uspiā alimenti umbra ostenderetur, bellū erat, atq; charissimi quique manus inter se conservabant, misera vita & viatica sibi iniucem eripiēt. Quin ne y quidem, quibus famē vita finem afferebat, fidē faciebant se ciborum penuria laborare. Nam eos quoque, cum animam exhalabant, latrones excutiebant, ne quis videlicet abstrusum in sinu alienum habens, mortem fingeret. Qui autem præ fame habant, non secus ac rabie perciti canes, insiliebant, atque in ædium foras impetu ferebantur: ac velut temulenti, præ consilij inopia, animiq; perplexitate, iterum ac tertio easdem domos una eadēque hora petebat.

E De hominibus nequam, ac luxui deditis. C A P. LXXXIII.

**A** pio: & ne suscipias peccatorem. Benefac humili: & non dederis <sup>Ecli. 12</sup> impiο. Prohibe panes illi dare. Nam duplicita mala inuenies in omnibus bonis, quæcumque feceris illi. Quoniam & Altissimus odio habet peccatores, & impius reddet vindictam.

Maiore ac propensiore studio atque cura eos iuua, qui virtutis & pietatis causa in pauperitatem inciderunt, vel etiam qui ob morbum aut casum aliquem penuria conflictantur: quam illos, qui ob flagitium vel luxuriam facultatibus suis lapsi sunt.

S ij

D. IOANN. DAMASCENI

*Nili.* Audeſne omnino iuueniliter te gerere, ac laſciuire, & ludi operam dare, cūm Chriſtianus ſis? Audeſne omnino ſaltare ac choreas agitare, pedeſque ac manus ad diaboli arbitrium mouere? Quonammodo cūm veris Christianis te aggregas, ac cum iſpis vefcaris? *Euseb.* Intus ſacerdos Deo ſupplices pro mundi ſalute preces offert: & foris ludi celebrantur. Sic nimirūm Iſraēlitæ quoque ludebant: & eos exitium inuafit. Moses enim in monte, ſalutis eorum cauſa, Deo ſupplicabat: & plebs interim, poſtequam cibo ac mero operam dedit, ad ludendum ſurrexit. Eoque nomine, diuina ira in eos ruente, uno die viginti tria milia procubuerunt.

*De arcanis, & arcana enunciantibus.*

CAP. LXXXIIII.

*Pro. 11.  
Ecli. 19.*



V I reuelat arcana, ambulat fraudulenter.

*13.  
8.*

Audisti verbum aduersus proximum tuum? Commoriatur in te, fidens quoniam non te dirumperet. Immitis eſt, qui non conſeruat verba: & non parcer de afflictione & vinculis. Corā alieno ne facias aliquid absconditum. Neſciſ enim quid pariet. Non omni homini oſtende cor tuum.

*Chrysost.*

*Qui auditum sermonem tuto ac ſtudivisē continet, magna cum voluptate vitam deget.* Audisti verbum? inquit ille: commoriatur in te. Extingue illud atque obrue. Noli ipſe uillo modo exeundi ac ſe mouendi potestatem facere. *Quod diſtum eſt, obtrunca, atq; obliuioni manda:* ut iſtis ſimiliſ ſis, qui non audierunt.

*Phil.*

*Loquaces homines, ea, que ſilentio premi debebant, euouentes, lingue pruigine quodammodo laborantes, in aures auditione indigetas profundunt.*

*De improbitatis odio, & his que Deo diſplicent.* CAP. LXXXV.

*Iob.*

L A G I T I O S A Deus intueri non vult: coram iſpis non ingredieſtur Dominus.

*Psal. 5.  
30.  
32.52.*

Non Deus volēs iniquitatem tu es. Neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. Odisti obſeruantes vanitates ſuperuacuē. Dilexisti iuſtitia, & odisti iniquitatem. Dominus diſpauit oſſa eoru qui hominibus placet: confuſi ſunt, quoniam Deus ſpreuit eos. Spreuſti omnes diſcedētes à iudiciis tuis: quia iniuſta cogitatio eorum.

*18.  
Pro. 12.*

Abominatio ſunt Domino labia mendacia: execratio Domino, cogitatio iniqua. Qui iuſtum iniquum iudicat, & iniquum iuſtū, immundus eſt, & execrabilis apud Dominum. Dominus ſuperbiſ refiſtit. Abominatio Domino viæ peruersæ. Immundus eſt apud Dominum omnis qui ſublimi corde eſt.

*Eſa. 61.  
Cap. I.*

Ego ſum Dominus, amans iuſtitiam, & odio habens rapinam in holocausto. Facti eſtis mihi in moleſtiam: laborau iuſtinens. Et cūm extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos a vobis: & cūm multiplicaueritis orationem, non exaudiām. Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.

*Ecli. 10.*

Odibilis coram Deo, & hominibus eſt ſuperbia.

G

H

K

*De paenitentia & confeſſione.*

CAP. LXXXVI.

*Gen. 38.*

I X T I T Iudas: Iuſtior me eſt Thamar, quia non tradidi eam ſela filio meo. Attamen ultrā non cognouit eam.

*2. Reg. 12.*

Dixit Nathan ad Dauid: Ecce ego uſcitabo ſuper te malū de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cū uxoribus tuis in oculis Solis huius. Tu enim feciſti abſcōdīte: ego autē faciā veb ū iſtud in conſpectu omnis Iſraēl. Et dixit Dauid ad Nathan, Peccau i Domino. Dixitq; Nathan ad Dauid: Dominus quoq; tranſtulit peccatum tuū.

Cum